UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXXVIII. Markgraf Siegesmund bestätigt dem Domkapitel zu Brandenburg einer Urkunde des Markgrafen Ludwig vom Jahre 1346, am 13. September 1381.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

als hier vorgeſchreven ſteit, in ohrem Rechte an deſſen vorwrachten Vreden Beſchirmen vnde Behulpen ſyn, wenn ſie zu darto eiſchen, wente wy detſelve willen duhn mit allen vnſen Kräften. Met Uhrkunde deſſes Breves vorſegelt met vnſem anhangenden Ingeſegel, dy gegeven iſt to olden Roppien, na Godes Bort drutteinhundert Jahr, darna in dem Negen vnd ſoventigſten Jahr, am Sünte Clemens dage.

Aus Beckmann's handſchriftlichem Nachlaſſe. Das Document iſt Bd. IV, S. 397 als verloren gegangen erwähnt.

LXXXVIII. Markgraf Siegesmund beſtätigt dem Domkapitel zu Brandenburg eine Urkunde des Markgrafen Ludwig vom Jahre 1346, am 13. September 1381.

Sigismundus, dei gratia marchio Brandemburgenſis, ſacri Romani imperii archicamerarius, recognoſcimus tenore preſentium univerſis tam preſentibus quam futuris, quod licet ex innata nobis clementia ſingulorum inſiſtere promotionibus cor noſtrum invigilet, precipue tamen harum ſtatus redigere conamus in melius, quas ſacre profeſſionis ambit religio, ſpiritualium perſonarum, preſertim cum res divini cultus vigeat et animarum omnium fidelium frequentetur memoria ſalutaris, et quia honorabilis et religioſus vir Hentziko, eccleſie Brandemburgenſis prepoſitus, pro dicte Brandemburgenſis eccleſie parte quasdam literas ſeu privilegia veterum principum marchionum Brandenburgenſium, predeceſſorum noſtrorum felicium, obtulit noſtre claritati et quia eadem privilegia veſtutate conſumpta videbantur, eadem per claritatem noſtram petivit innovari, quorum tenor exiſtit in hec verba: Noverunt (ſic!) univerſi tenorem preſentium inſpecturi, quod nos Lodowicus etc. (Es folgt nun die Urkunde vom Jahre 1346, im Hauptth. I, Bd. 8, S. 262f., No. CCXXXVIII). Nos igitur piis ſupplicationibus ac devotis precibus epiſcopi domini Brandenburgenſis eccleſie prepoſiti annuentes non immerito de Baronum et conſiliariorum noſtrorum ſano conſilio non per errorem ſed matura deliberatione prehabita, preſcriptas donationes, gratias et emunitates dicte Brandemburgenſis eccleſie per anteceſſores noſtros datas, conceſſas et largitas, periculo quod memorate eccleſie ex tali vetuſtatis conſumptione poſſit emergere, ſagatius obviantes, innovamus, confirmamus, ratificamus, donamus, appropriamus non aliter, quam quod nos ipſi de novo dicte Brandemburgenſi eccleſie generoſius providiſſemus de premiſſis. Datum in Berlin, anno domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo primo, vigilia exaltationis ſancte crucis. Teſtes huius innovationis, confirmationis atque donationis noſtre reverendi in Chriſto patres domini Johannes Czenadienſis, Theodricus Havelbergenſis, Theodricus Brandemburgenſis eccleſiarum epiſcopi necnon nobiles Sandywogius regni Polonie ſupremus capitaneus, Johannes, comes de Lindow, Camere noſtre magiſter, Johannes, miles de Wolkow, Apetzko, prepoſitus Berlinenſis, pluresque alii tam ſeculares quam ſpirituales fide digni. Sub noſtri ſigilli appenſione teſtimonio literarum premiſſarum.

Mittheilung vom Hr. Profeſſor Heffter nach dem Orig. im Gollwitzer Gutsarchive.